

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

10. Romanorum heroum paupertas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

mis fuit: et si verò amici decem talenta ipsi dono darent, non accepit: hec, inquiens, me cogerent, reuertentem quidem vobis aliquid preter ius concedere; Sin minus vos obseruarem, ingratissimum videri.

## X.

Val. Max. lib.  
4. c. 4 n. 7.

Talia dicta & alij dixerunt, vnde & eorum paupertas, & virtus eluceret. Nam nostro ~~zuo~~ multi audiuerunt, Henricum IV, de se iocantem antè, quām Franciæ gubernacula illi traderentur: Quòd rex esset sine regno, & maritus sine uxore, ac dux belli sine pecunia. Sed minus mirum est, Christianos aut Christianissimos in opiam ita suscipere, vt in ea etiam iocentur; illud paupertatis pretium magis detegit, quòd ab Ethnicis, & solo naturali lumine, tanti fuerit estimata rerum egestas. Quare, vt Aelianus eam in Græcis, ita Valerius Maximus in Latinis ostendit. Non magna latifundia L. Quinti Cincinnatifuerunt: septem enim iugera agri possedet: ex hisq; tria, que pro amico ad ararum obsignauerat, multa nomine amisi: pñnam quoq; profilio Casone, quòd ad causam dicendam non occurrit, huius agelli redita soluit, & tamen ei quatuor iugera aranti, non solum dignitas patriæ familiae constituit, sed etiam diuturna delata est. Angustè se habitare nunc putat, cuius domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt. Hic tantus vir pauper fuit, non quia debuit, sed quia voluit esse pauper. Quid Aelia familia, quam luxuriosa? Sexdecim eo tempore Aeli fuerunt, quibus una domuncula erat eodem loci, quo nunc sunt Mariana monumenta: & unus in agro Veiente fundus minus multò cultores desiderans, quām dominos habebat. Inq; Maximo & Flaminio spectaculi locus: qua quidem loca, ob virtutem, publicè donata possidebant. Sed, vt luxui deditis etiam tota ditio non sufficit, ita frugales parvus ager alit. Eadem gens nullum antè scrupulum argenti habuit, quām Paulus, Perse rege deuictus, Qui Alio Tuberoni generoso quinq; pondo argenti ex prada donaret. Taceo enim quòd princeps ciuitatis filiam ei nuptum dedit, cuius penatam ieiunos pecunia videbat. Quin ipse quoq; adeò inops decessit, ut nisi fundus, quem unum reliquerat venisset; uxori eius dotem unde recipere, non exitisset. Animi virorum & faminarum vigebant in ciuitate: eorumq; bonis, dignitatis estimatio curulis in rebus ponderabatur: Hac imperia conciliabant, hac iungebant affinitates: hac in foro, hac in curia, hec intra priuatos paries ei plurimum poterant. Patria enim rem, non suam unusquisque augere properabat: pauperq; in dñe, quām dñe

dines in paupere in perio versari malebat. Atq; huic tam praelato proposito illa merces reddebatur, quod nihil eorum, qua virtuti debentur, emere pecunia licet, inquit, illustrium virorum publice succurrebatur. Itaque cum secundo Puncio bello Cn: Scipio ex Hispania senatus scripsisset, petens, ut sibi successor mitteretur, quia filiam Virginem, adulta jam atatis haberet, neque ei sine se dos expediri posset: senatus, ne respublica bono duce careret, patris sibi partes desumpsit; consilioq; uxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote, summam eius ex arario erogauit, ac puellam nuptum dedit. Dotis modus 11. millia aris fuit. In quo non solum humanitas Patrum conscriptorum, sed etiam habitus veterum patrimonierum cognosci potest. Namq; adeo fuerant arcta, ut Tatia Casonis filia, maxima dotem ad virum 10. millia aris attulisse visisset: Et Megallia, quia cum quinquaginta milibus aris mariti domum intravit, dotata cognomen inuenerit. Id est senatus Fabricij Lusitani, Scipioni q; filias ab indotatu ruptis liberalitate sua vindicanit: quoniam paterna hereditati, prater optimam gloriam, nihil erat, quod acceptum referrent. Magis igitur, populi Romani opinione, honorificum illis erat, patrem iustum, quam opulentum habuisse. M. autem Scauri quantulam a patre hereditatem accepit, in primo libro eorum, quos de vita sua scripsit refert: ait enim sibi decem sola mancipia, totum q; censem quirq; atq; triginta millium nummorum relictum. In hac penuria ille futurus senatus princeps nutritus est spiritus: qui ut fruges nimis imbutibus, ita abundantia suffocatus fuisset. Hac igitur exempla recessere, his acquiescere solatijs debemus, qui parvulus corsu nistroz numquam querelis vacuos esse finimus. Nullum autem adm edum parvi penderis argentum, paucos seruos, septem ingera arida terra, indigentia domi, publice impensa funera, inopes dotum filias; sed egregios consularius, misericordias naturas, innumerabiles triumpos circumus. Quid ergo medium fortunam, quasi precipitum generis humani malum, autem conuictis laceramus? qua ut non abundantibus, ita fiducieberimus Poplicola. Elios, Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, hi q; parva robora virtutis allicit. Exurgamus petitis animis, pecuniaq; affectu debilitatis spiritus pristini temporis memoria recreemus: namque per Remuli casam, perq; veteris Capitolij Lemilia uicta. Et aeternos Vesta focos, filiibus etiamcum vasis contentos juro; nullas divitias ratiuum virorum paupertati pesse preferri. Hac ab Ethnico audiat t.,

214 Cap. XVII Vera laus paupertatis, & vana diuiciarum gloria.  
discantque Christiani, ne vel in paupertato fiant impatientes,  
Deumque accusent; vel in fugitiis diuitijs nimis confidant.

Ovid. lib. 3.  
de Trillib.

Nempe dat, & quodcumq; liber fortuna, rapitq;  
Irus & est subito, qui modo Cræsus erat.

## C A P V T XVII.

S. Bernardini, de triplice genere pauperum, sententias  
& Codri Cræfig. exempla.

I.

**D**iuicias paupertatis, paulò priùs, ostendimus Lucianum  
descripsisse, more, & ore Philosophorum. Nunc coro-  
nidis loco, etiam Sancti alicuius testimonio, elogia pau-  
pertatis adiçiamus. Est autem is Bernardinus, Senensis, Ordinis  
Minorum, ac urbis Aquilæ patronus, vir æquè sanctus ac doctus,  
S. Bernardin.  
Senensi. tom.  
3. tractat. de  
S. beatit, a. 1.  
Cap. 1, 2, & 3. qui tres facit seu paupertatis, seu pauperum classes: prima dicitur  
voluntaria, secunda necessaria, tertia simulatoria. Prima laudabilis,  
secunda tolerabilis, tertia detestabilis. Prima pauperum Christi, secun-  
da pauperum mundi, tertia pauperum diaboli. Prima cum merito, se-  
cunda sine merito, tertia cum demerito. Hunc ordinem si inver-  
tamus, propemodum respondebunt haec classes ijs, quæ suprà ex Hu-  
gone attulimus; nisi quòd in prima alteraque classe aliquid varia-  
tur. Sed tertia Hugonis, quæ præcipua est, omnino eadem est,  
cum prima Bernardini, verùm cum magna paupertatis commen-  
datione deducta. Omnes autem classes egregie declarant, quid sit  
in hoc genere fugiendum, quid obuijs vlnis ab illis, qui perfectio-  
nem amant, aut diuinæ se se prouidentiae accommodare student,  
amplectendum.

II.

Bob. 18. 12.

Simulata ergo, detestabilis, diabolica, & inferno digna pa-  
upertas est, seu diuitis, seu egeatis iniuti; hoc ipso pauperis, quis  
cupidus & avarus est: tantum enim illi deest, quantum cupit ha-  
bere; tantumque torquetur animus eius, quantum inexplebilis a-  
varitia suggerit esse cupiendum. Attenuetur fame robore eius, &  
inedia innadat costas illius. Nimirum auri sacra famæ istos extenuat;  
& cùm non habent, quem deuorent, inedia consumuntur. Hi  
quò plus habent, plus desiderant; & semper, quò plus bibunt,  
plus sitiunt; sicut qui saltas maris aquas hauriunt, bibendi appre-  
titus